



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput Primum. Ex Pœnitentiali a Theodori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

Rob. super prædicta Ecclesia silentium imponatis: alioquin partibus convocatis, audiatis causam, & ap. rem. fine debito terminetis. Datum Lateran. XIII. Kal. Nov.

## NOTÆ.

- I. <sup>a</sup> [Dem.] Ita legitur in quarta collectione, *sub hoc titulo cap. 2.* & reperitur textus hic *in lib. I. epist. Innoc. epist. 400.* ex quo registro literam huius textus restituo. Causa præsentis textus contigit in Anglia, ubi extat Monasterium S. Crucis de Balkham constructum ab Haroldo Rege An-

glorum, ut referunt Mathæus Paris *in Willmo I.* continuator Bedæ *lib. 3. cap. 13.*

<sup>b</sup> [Rasias.] Quæ attendi debent, præcipue extent in loco suspecto, iuxta tradita *in cap. 6. de fide instrum.*

<sup>c</sup> [Renunciandum.] Ut probavi latè *in cap. si diligenti, deforo compet.*

## TITULUS XXI.

## De sortilegis.

## CAPUT PRIMUM.

*Ex Pœnitentiali<sup>a</sup> Theodori.*

**N**on <sup>b</sup> tabulis, vel in codicibus sorte <sup>c</sup> futura non sunt requirenda, aut nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec divinationes alias in aliquibus rebus observare. Quod si fecerit, XL. dies pœnitiat.

## NOTÆ.

- I. <sup>a</sup> [Theodori.] Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* & in Pœnitentiali Romano tit. 6. cap. 7. ita textus hic habetur *In tabulis, vel in codicibus sorte futura non sunt requirenda, ut nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec divinationes alias in aliquibus rebus observare.* Quod si fecerit XL. dies pœnitiat. Et cap. 20. ita habetur: *Requisiti sortes in codicibus, vel in tabulis, ut plures solent, qui in Psalterio, & in Evangelio, vel in aliis hujusmodi rebus sortiri præsumunt: Si fecisti, decem dies pœnitias.* Quæ verba etiam refert Burchardus lib. 19. Decreti: & retinendo illa verba 40. dies pœnitias. Papiensis in 1. collecti, *sub hoc tit. cap. 2.* De hoc Pœnitentiali Theodori, & ejus antiquitate egi *in cap. 3. de sortis.*

2. <sup>b</sup> [Tabulis.] In talibus, legitur hac in sexta collectione, sed utroque male; & legendum esse in taleis, observavit Cironius lib. 1. obser. cap. 3. talez enim sunt sectiones lignorum, vel prælegmina, teste Vartone lib. 1. de re rustica. Unde Nonius Marcellus cap. 8. dici ait rufico vocabulo *intertaleare*, idest dividere, vel excidere ramum ex utraque parte æqualiter præcissum. Unde quia in his lirculis, & ramis sortes inquirebantur, ideo rectius legendum est, *in taleis.* Morem hunc sortes inquirendi expressit Tacitus de morib. Germanorum, his verbis: *Sortium consuetudo*

*simplex. Virgam fructifera arboris decimam in surculos amputare, eosque noctis quibusdam dicens super candidam vestem temere, ac fortuita flagrare: mox si publicè consulatur, sacerdos civitatis? si privatum ipse pater familias precatus Deos, columnæ suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante noctam in erpectatur. Similem Sinarum divinationem describit Joannes Mendoza Episcopus Liparensis lib. 2. Histor. Sinarum, cap. 4. Philippinenium Ignatius cap. 8. Itinerarium.*

<sup>c</sup> [Futura.] *Futura* legitur in hac sexta collectione, sed male; nam per has sortes *Sanctorum in codicibus, & libris sacris non futra inquirebantur, sed futura requirebantur: quæ lectura suaderet ex verbis sequentibus, ibi: Nec divinationes alias. Facit canon 4. Concilij Aquilgran. celebrati tempore Caroli Magni, prout habetur tom. 17. Concilior. pag. 45. ibi: De codicibus, vel tabulis requirendum, & ut nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec divinationes alias observare.*

<sup>d</sup> [Quadragesita dies.] *De hac pœnitentia, & ejus forma egi in cap. accusasti, de accus.*

## COMMENTARIUM.

**E**x hoc canone prout facit in Pœnitentiali, se- 4. quens deditur assertio: *Sortes in libris, vel Conclu- tales profunoris sciendis non sunt facienda. Pro- ficitur, ideo rectius legendum est, in taleis.* Morem hunc sortes inquirendi expressit Tacitus de morib. Germanorum, his verbis: *Sortium consuetudo*

licet 3. cap. aliquanti 6. cap. sortes 7. cap. si quis  
clericus 9. 26. quæst. 5. D. Augustinus epist. 119.  
Qui de pagina Evangelii sortes legunt, est op-  
tandum est, ut hoc potius faciant, quam ut da-  
monia consulenda concurrent; tamen etiam ip-  
sum diabolus consuetudo, ad negotia secularia,  
et ad huius vita vanitatem, propter aliam vitam  
loquentia oracula divina velle convertere. Con-  
cil. Alissiod. can. 4. ibi: Non licet ad sor-  
tilegos, vel auguriare spicere, nec ad characteres,  
nec ad sortes, quas Sanctorum vocant, vel quas  
de ligno, aut pane faciunt, asticere; sed quæcumque  
homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.  
Narbon. can. 14. Veneticus sub. Leone I. can. 1.  
Acne sortasse id videatur omnissum, quod maximè  
fidem catholicę religionis infestat, quod aliquan-  
ti clericis student Anguius, et sub nomine confite  
religionis, quas Sanctorum sortes vocant, divi-  
nationis scientiam proficiunt, aut quarumcumque  
scripturarum inspectione futura promittunt,  
in hoc quicunque clericus detectus fuerit vel con-  
culere, vel docere ab Ecclesia habeatur exranus.  
Concil. Agath. can. 42. Et 68. Aurelian. 1. can.  
32. Brachar. 1. anathematismo 9. Et 10. To-  
let. 4. can. 29. Nicolaus I. ad consulta Bulgar.  
can. 77 ibi: Refertis, quod Gracorum quibusdam  
codicem accipientibus in manibus clausum, unus  
ex eis accipiens parvissimam particulariam ligni,  
hanc intra ipsum codicem condat; Et si undecunque  
aliqua vertitur ambiguitas, per hoc affirmant  
se posse, quod cupiunt: vos verò consultatis,  
sistit obtainendum, an respendum? Utique  
respendum est; scriptum est enim: Beatus vir, cu-  
jus est nomen Domini Ihesus ejus, et non respexit in  
vanitates, et insanias falsas. Veneticus cap. 16.  
Raphael à Torre in 2. 2. quæst. 9. sect. 8. disput. 3.  
dub. 4. Theophilus tom. 15. in Heter. spqr. p. 2.  
punct. 4. qua & alia juris decreta concesserunt  
Anton. Augustin. in epit. jur. lib. 34. tit. 5. Basilius Legion. quæst. 2. scholast. in dīcto can. 4. Con-  
cil. Alissiod. Illustrant ultra congestos à Bar-  
bola in præsenti, Hunnius in encyclop. juris can.  
iii. 7. Corvinus lib. 4. aphor. titul. 29. Petrus  
Gregor. lib. 4. partit. titul. 12. & de eleēt. cap. 3.  
& de Republ. lib. 13. cap. 17. cum duobus sequent.  
Simon Majolus dier. canicular. verbo Vaticinia.  
Azor. lib. 9. institut. cap. 20. cum sequent. Bal-  
famon in can. 61. 6. Synodi. Antonius Sylvius  
Clarus lib. 2. de legibus. cap. 1. Aloix ad vi-  
tam Sancti Abruci, tom. 2. cap. 13. Mancinus  
de triplici jur. collat. cap. 122. & 124. Victoria  
in relect. de arte magica, Thomas Delbene 2. part.  
de offic. Inquisit. dub. 25. sect. 5. Novus Notator  
P. Blelenius epist. 20.

5. Sed haec assertio difficultis redditur sequenti  
magis juris consideratione. Nam quod à sanctis, &  
ur. piissimi viris factum legimus, improbare non  
vidita debemus: sed sancti, & p̄ij viri sapientia futura  
specabant, & deducebant ex librorum sorti-  
bus, ut de fato Divus Augustinus lib. 8. con-  
fessionum, cap. 13. & de Divo Francisco nar-  
rat D. Bonavent. vita illius cap. 13. è quo D.  
Antonin. 3. part. summa histor. titul. 24. §. 7.  
sed captim, & multilatè desumpti; sed ille  
his verbis: Immissum est ejus menti per divi-  
num oraculum, quod in apertione libri evan-  
gelici aperiretur ei à Christo, quid Deo in ipso,  
et de ipso maximè foret acceptum. Oratione ita-  
que cum multa devotione premisā facrum Evan-

geliorum librum de altari sumptum in sancte Tri-  
nitatis nomine aperiri fecit per socium, virum  
utique Deo devotum, & sanctum. Sanè cùm in  
trina libri apertione semper passio Domini occur-  
rere, intellexit vir Deo plenus, quod sicut Christum  
fuerat imitatus in actionibus vita, sic conformis ei esse deberet in afflictionibus, & dolori-  
bus passionis, antequam ex hoc mundo transiret,  
&c. Alia priorum virorum exempla dabimus in-  
frā. Ergo non rectè presenti afferitur, sorte  
inquirere futura in libris, & codicibus illicitum  
esse. Augetur primò haec difficultas ex eo, nam  
sors consultoria licta est, quando vallatur necessi-  
tate, ac debitè reverentiā, ut infra dicemus in  
cap. final. & tamen ordinatur ad cognoscen-  
dum quid in futurum agendum sit: ergo sors  
divinatoria per librum licta est, quamvis ordi-  
netur ad futura prænoscenda. Secundò fulci-  
tur eadem difficultas, quia quod non est ma-  
lum ab intrinseco, & secundū se, aliquando,  
& cum aliquibus circunstantiis potest reddi li-  
citem: sed sortes divinatoriae non secundū se,  
& ab intrinseco sunt malae: ergo cùm aliqui-  
bus circunstantiis poterunt lictè exerceti. Ma-  
jor patet, minor autem probatur: tum quia in  
lege veteri fuerunt lictæ, & ex lege cæremoni-  
ali Dei in populo permisæ, & approbatæ, ut  
in sororibus Jonathæ, Achoris, & Jonæ, quas  
nendum divisorias, sed simul consultorias fuisse,  
post Liram probat Ribera super Ionam cap. 1. Inter  
duos hircos, quorum unus erat immolandus, alter  
in desertum allegandus, sors mittebatur, Lex. c.  
16. Terra promissionis sorte divisa est inter Israë-  
litas. Numer. cap. 25. Sacerdotalia munera sorte  
obtingebant, lib. 1. Paralip. cap. 24, ideoque narrat  
D. Lucas, sorte obtigisse, ut Zacharias Joannis pa-  
ter thura Deo intra Sanctuarium succenderit: &  
Aaron sorte ad sacerdotium aliis prælatus est, sic  
Deo jubente Numer. cap. 17. Tum denique quia  
sortitio divinatoria potest aliquando fieri, non  
divinative, id est non usurpando, quod divinum  
est, sed suscipiendo quod est divinum, id est  
cognitionem futurorum ex Dei revelatione in-  
quitendo, & recipiendo. In hoc autem non  
est malitia divinationis, probat Div. Thomas  
2. 2. quæst. 95. art. 1. alioquin cuncti Prophetæ  
in usu Prophetæ peccassent, siquidem futu-  
rorum cognitionem ex Dei revelatione suscep-  
runt. Igitur non semper ut sortibus divinato-  
riis illicitum est. Tandem fulcitur haec difficultas  
ex eo, nam eti daremus divinationem per sortem  
malam esse, non inde sequitur continere  
speciem sortilegii, seu superstitionis, sed tan-  
tum virtutem curiositatis, ut docet Div. Thomas  
2. 2. quæst. 167. art. 1. afférens committi vitium  
curiositatis ex ipsa inordinatione apperitus scien-  
ti veritatem, in quantum aliquis studet addisci-  
re ab eo, à quo non licet, sicut illi, qui à da-  
monibus aliquafutura perquirunt, quæ est super-  
stitione curiositas; quod probat ex D. Augustino  
in libro de vera & falsa religione, cap. 4. ibi: Ne-  
scio an Philosophi impedirentur à fide curiosita-  
tis vitio in procurandis demonibus. Et dicit qu.  
95. art. 2. in solut. ad 1. exponens idem Au-  
gustini testimonium, ait quod divinatio perti-  
nit ad curiositatem, quantum ad finem inten-  
tum, qui est præcognitione futurorum; sed perti-  
nit ad superstitionem quantum ad modum ope-  
rationis. Atqui humani actus sumunt speciem

à fine, teste eodem Angelico Doctore 1. 2. quest. 1.  
art. 3. ergo hujusmodi divinatio per sortitionem, non superstitionis, sed curiositatis species est.

6.  
*De sortilegiis.*

Quā dubitandi ratione non obstante, vera est prælens assertio, pro cuius expositione sciendum est, sortilegium in genere omnem divinationis, impietatis, vanitatisque magiceæ speciem comprehendere, cap. si per sortiarias 33 quest. 1. Petrus Greg. lib. 34. syntag. cap. 1. Sanchez. lib. 2. moral. cap. 28. Sed propriè & strictè sortilegi dicti sunt à sortibus, cùm sit divinatio, per sortem; indeque sortilegus dicitur, qui per sortes futura prænuntia, aut qui per sortem aliquid eligit, ut Horatius inquit de arte poëtica: Et divina futura sortilegis non discrepuit sententia Delphis. Fiebat autem olim multis modis sortitio, ut ait Cicero lib. 2. de divinat. ibi, Quid enim fors est? idem propemodum quod micare, quod talos facere, quod thessarac: quibus in rebus temeritas, & casus, non ratio, & consilium valuit. Ea enim semper fuit hominum insania, ut suarum rerum eventum ex vanissimis superstitionibus præcognoscere frustra conarentur. Dementia sane non aliunde profecta, quam ex veteri illa, innataque aviditate sciendi bonum, & malum, quæ primum hominem ex supremo felicitatis gradu miserè dejectit. Eoque major, & gravior, quod cùm argumenta suppeterent, quibus ea vanitas, quam ridenda est, convinceretur, nec numero pauca, nec intellectu difficultas, ad eò sese humana mens tenebris involvit, ut cùm sèpius mendacia deprehenderet, sèpius eidem scapulo, non sine miseranda strage illideretur. Hei quoq; monstra excogitavit, aut dæmonis astu confusa suscepit, & coluit velut divina oracula vetustas delusa! cùm eximus eorum Poëta dixerit.

*Heu vatum ignare mentes!*

Hinc divinatio per terram, Geomantia dicta; per aquam, hydromantia; per aërem, aëromantia; per ignem Pyromantia, cap. igitur genus 26. quest. 3. cap. nec mirum 26. quest. 5. tandem cleomantia, quæ est divinatio per sortes, de quibus fusè egerunt Delius disquisit. magicar. 2. p. fere per tot. Petrus Gregor. lib. 54. syntag. cap. 1. num. II. Torreblanca de mag. cap. 22.

7.  
*De sortibus sanctorum.*

Sed ut ad sortes, quas veteres fideles vocabant Sanctorum, vel Apostolorum perveniamus, in quibus ex Scripturarum inspectione futura prænoscabant, sciendum est, apud Gentiles fuisse sortes, quas Virgilianas vocabant; nam aperio Virgilii, vel Homerii codice, versus, qui primi visu occurrissent, in oraculi omen assumentur. Meminit harum sortium Ælius Spartianus in Adriano: Cum sollicitus, inquit, de Imperatoris erga se judicio Virgilianas sortes consulueret, incidit in hunc locum.

*Quis procul? Ille autem ramis insignis olive  
Sacra ferens? Nosco crines incanaque menta  
Romani Regis, primus qui legibus urbem  
Fundavit, curribus parvis, & paupere terra  
Missus in Imperium magnum.*

Et cum Severus Alexander Virgilianas sortes consulueret, incidit in illa verba:

*Tu regere imperio populos Romane memento.  
Sic sorte mortis suæ diem conjectis. Sic Claudius  
Macrinus, Gordianus Iunior, & alii Imperato-*

res tempus Regni, vel vitæ agnoverunt, ut referunt Suetonius in Tiberio, Lampridius in Alex. Lipsius lib. 2. elect. cap. 12. Huic vanitati Gentilium succedit apud Christianos apertio veteris, aut novi Testamenti, quam vocabant fontes Apostolorum, vel Sanctorum; & ad libri sacri apertione, velad factæ lectionis auditio nem ex sententia inibi occurrente vaticinium captabant. Hac sortitione usi fuerunt Heraclius Imperator apud Cedrenum; & Romanus Diogenes apud Cuspinianum; Andronicus senior apud Gregoram lib. 8. Chramnus filius Regis Francorum apud Gregorium Turon. lib. 4. hist. cap. 16. ibi: Positis tribus libris super altare, id est Prophetarum, Apostoli, atque Evangeliorum, oraverunt ad Dominum, ut quid eveniret, ostenderet. Aperto igitur primo omnium Prophetarum libro, reperiunt ex Isaia cap. 5. Auferam maceriam ejus, & erit in direptionem. Omnia exacte adimplera sunt, & subsequuo effectu est comprehensum, non tam fortuitum, quā divinitus provisum. Similia de Clodoveo refert ipse Gregor. Turon. lib. 2. cap. 27. & ex apertione libri Evangeliorum facta ad agnoscendam divinam voluntatem, plures didicisse à Deo vocari ad perfectiorem vitam, conflat ex exemplis sancti Danielis Styliæ apud Metaphrastem: sancti Huberti Leodiensis Præfusus apud Surium tom. 6. Theodori Alex. apud eundem Surium tom. 6. & apud Rupertum in vita sancti Heriberti, cap. 9. & interdum non aperito ullo libro ingredientes in Ecclesia observabant, an verba, quæ legebantur, essent congruentia eorum cogitationi, ut inde vaticinium, seu omen sumerent. Plura de his sortibus Sanctorum cumularunt Theoph Raynaud. tom. 15. in Heterocl. sacr. punct. 4. ad fin. fol. 277. I. Dartis in 15. dist. fol. 104. & in 26. quest. 1. Christ. Lup. ad can. 8. Synodi, cap. 4 fol. 1459.

Verum quia in hac sortitione Ecclesiæ Patres 8. superstitionem aliquam adesse agnoverunt, sacerdos Decipius talem vanitatem pullulantem refecare cuncti rarunt: in Concil. Agath. relato in cap. ali. rati. quanti 26. question. 5. Venetico cap. 16. Antiochior. can. 4. & aliis suprà relatis pro illustratione conclusionis; & magna cum ratione desumpta ex ipsa definitione divinationis, quæ teste D. Thoma 2. 2. question. 95. artic. 1. nihil aliud est, quam usurpare modo indebito prænunciationem futurorum eventuum, quod est proprium Dei, iuxta illud Eliae cap. 42. Annuntiata que venturasunt, & sciens quia Dii ejus vos. Ac proinde est grave peccatum, quia teste D. Hieronymo super Micheam cap. 3. divinatio semper in malam partem accipitur: & artic. 2. subdit idem Angelicus Praceptor, hujusmodi peccatum divinationis esse speciem superstitionis, utpote per illam assumptum homo auxilium dæmonum ad aliquid cognoscendum, saltem tacite eos invocando, quatenus dæmones ingenerunt se vanis inquisitionibus futurorum, ut mentes hominum implacent vanitate. Quicquid autem procedit ex pacto, seu societate dæmonum, superstitionis est, teste Divo Augustino lib. 2. de doctrina Christ. cap. 20. Unde Divus Clemens lib. 7. constitut. Apostol. cap. 7. dum prohibet hoc genus sortium, ait: Ducis enim hoc fiduum ad idolatriam. Et involvi his actibus idolatriam, testantur Tertullianus lib. de idolatria, cap. 9. Lactant. Firm. lib. 2. divin. institut. cap. 17.

<sup>cap. 17.</sup> Ideo ergo tam acriter Patres Ecclesiae inceparunt, & improbarunt hujusmodi divinatias artes. Norunt enim quam facilè his studiis addictus animus (ea vis initia est animis nostris, aliquid semper novi faciendi, & cognoscendi) à vera religione abalienetur, & in falsam declinet. Acedit, nam semper superstitionis est futurum velle prænoscere, unde prænoscere non potest; sed futurom prænotio non potest haberi à libris, & codicibus: ergo talis divinatio per sortes superstitionis est. Unde rectè in praesenti textu penitentia quadraginta dierum injungitur illis, qui iis vanitatibus dediti forte futura requirere in taleis, seu codicibus ausi fuerint.

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta ex factis sancti Augustini, & Francisci, necnon aliorum piorum virorum, quorum exempla suprà etiam retuli. Nam dicendum est, sanctos illos Spiritus sancti instinctu, & speciali Dei monitione operatos fuisse, ut referunt D. Augustinus, & Bonaventura *locis suprà citatis*. Dum autem intervenit divina monitio, sive revelatio, hac sola sufficit ad honestandum usum sortitionis consultoria, illaque sola præcedente, nihil timendum, acculandumve est. Principes vero, qui hoc sortitionis genere uisi fuerunt, à virtute vanitatis non excusamus, nisi eos bona fides, & ignorantiæ invincibilis excusat, ut excusat Theodora Alexandrina, eo quod nondum erat satis cathechizata in doctrina catholicæ fidei. Et generaliter ad hoc ut usus sortis consultorio licitus sit, duæ desiderantur conditiones. Prima, ut quis id faciat debita cum reverentia, precibus ad Deum devote fuisse. Secunda, ut gravi necessitate compulsus ad consilium capiendum in spirituali negotio id faciat, ubi latè probat Araujo *in qq. moral. de statu civili, diffut. 3. §. 5.* In praesenti autem agimus de uisu sortis non consultorio, sed divinatoriæ, quæ nunquam licita esse potest. Nec tunc obstat primum augmentum ipsius difficultatis, deductum ex uisu sortis consultorio: nam magnum discrimen versatur inter usum illius sortitionis, & usum sortis divinatoriæ: nam sortitio consultoria per se primò non ordinatur ad cognoscendum, quid in futurum contingat; sed solùm ad tollendas dubitationes plerisque occurrentes in progressu humana vita, quæ hominum industria, & consilio decerni non valent; & tunc licet homines implorant divinum auxilium per sortes consultorias, ut per eas Deus dignetur indicare, quid sit aut agendum, aut vitandum. Sors vero divinatoria per se primò ordinatur ad futura prænoscenda, sive occulta dependentia à libero arbitrio, quorum cognitio solus Dei est propria: & ita meritò improbat ab Ecclesia. Nec obstat secundum augmentum dubitandi rationis deducendum ex eo, quod sortitio divinatoria non sit intrinsecè malæ; siquidem in lege veteri permittebatur. Nam respondeo, sortem divinatoriam duplenter fieri posse. Primò si fiat divinativa, hoc est cum indebita usurpatione divinæ cognitionis, sive inquirendo prænotionem futuri, unde prænoscere non potest; & tunc certum est, talem sortem esse intrinsecè malam, cùm contineat sortilegii, & superstitionis peccatum. Secundò fieri potest non divinativa, sed inquirendo à Deo, & ejus revelatione prænotionem futuri; & tunc verum est, talem sortem non esse intrinsecè malam, ut scitè advertit Cajetanus *diff. quæst. 95. art. 3.* & hoc modo in lege veteri sortes exercebantur,

*DD. Gonzal. in Decretal. Tom. V.*

non divinativa, sed inquirendo à Deo, & ejus revelatione, qua futura prænoscere opus erat; quod jam in lege gratiæ non licet. Discretamen assignat Angelicus Doctor *diff. quæst. 95. art. 2.* *ad 3.* dicens, quod in nova lege mentes hominum arcentur à temporalium rerum sollicitudine; & ideo non est in nova lege institutum aliquod medium, aut cæremonia ad præcognitionem futurorum eventuum de rebus temporalibus. In veteri autem lege, qua innitebatur promissionibus bonorum terrenorum, erant instituti quidam modi consultandi Deum de futuris ad religionem pertinentibus. Nec tandem obstat ultimum augmentum, cui respondet, non esse inconveniens eundem actum humanum, servatà physicâ identitate, vestiri duabus malitiis moralibus, siveque actus hic sortitionis divinatoriæ ex fine erit curiositatis, ex modo autem, hoc est cultus indebiri, exhibiti daemoni, ut magistro, vel instrutori, explicitè, vel tacitè invocato, erit sortitionis malitiâ vestitus, sicut & potest esse simul tentationis Dei, & superstitionis, & curiositatis, ut post Thomam docet Araujo *diff. diff. 3. §. 6. num. 8.* unde rectè in praesenti talis sortito prohibetur non solùm ut curiosa, verum ut supersticio.

*Ex suprà traditis lucem accipit textus in can. 24. Concilii Narbonensis, in illis verbis: Si qui viri, ac mulieres divinatores, quos dicunt esse caragios, atque sorticularios, in cuiuscunque domo Gothi, Romanî, Syri, Graci, vel Iudei fuerint inventi, aut quis aius fuerit amodo in eorum vana crimina interrogare, & non hoc voluerit annunciare, pro hoc quod presumpsit, non solùm ab Ecclesia suspendatur, sed etiam sex auri uncias Comiti civitatis inferat. Illi vero, qui tali iniuitate repletis sunt, & sortes, & divinationes faciunt, & populum prævaricando seducunt, ubi inventi, vel inventa fuerint, senliberi, seu servi, vel ancilla sint, gravissime publice susciguntur, & venundentur, & pretiis fororum pauperibus erogentur. Ubi difficile est, quid per Caragios intelligent PP. dum eos sorticularios esse affirmant. Et sciendum est, caraxare idem esse ac sculpare, seu pingere: Beatus Theophrodus in floribus epitaph. sanctorum, lib. 3. cap. 7. Quid eloquar de vetulis summa sanctitatis gloriâ præditis? quid per tot Phœnix vidit secula? Omni carent carie, quarum qualibet flamina, & hastula ab acerbissimo dentium dolore, & lethifera febrium liberant amaritudine, atque earum omnibus similes tenetibus, dum compendiosa brevitate studio, quid caraxare possim de singulis specialibus? Flodoardus lib. 3. hist. Rhemens. cap. 16. Quarvis blando sibi eos quidam caraxare voluerint. Prudentius hymno 10.*

*Caraxat ambas unguis scribentibus  
Genas, cruentis & seca faciem notis.*

*Gregorius Turon. lib. 7. hist. Francor. cap. 26.  
Tunes pictor ille, qui tempore Clotharii Regis per oratoria parietes, arg. cameras caraxabat. Et lib. 9.  
cap. 5. Vas per domos diversorum signis nescio quibus caraxat, flexis literarum apicibus in quadraria parietis pagina caraxatis. Latè probant Vossius de vitiis sermon. lib. 4. cap. 3. Herman. Hugo lib. de primis scribt. orig. cap. 2. Zerda in advers. cap. 40.  
num. 13. Aloix in not. ad vitam sancti Polycarp.  
cap. 11. Filescus lib. 1. select. cap. 14. Unde in dict. can. 24. dum prohibentur divinationes per sortes, damnantur sorticularii caragi, qui suis picturis, & sculpturis sortes divinatorias*

K k

exerce-

exercebant juxta ritus, quos refert Simon Majol. dier. canicul. verbo *Vaticinia*, de quibus et am Augustinus Anglorum Episcopus ita ait: *Nam qui predictis malis, id est caragis, & divinis, aruspiciis, vel phylacteriis, vel aliis quibuslibet auguriis crederit, et si jejunet, et si oret, et si jugiter ad Ecclesiastis currat, et si largas eleemosynas faciat, et si corpulatum suum in omni afflictione cruciaverit, nihil illi proderit, quamvis sacrificia illa non reliquerit.* De illo etiam Zacharias Pontificis epist. ad Janum Bonifacium, ait: *Hoc & nebis, & omnibus Christianis aerestabile, & perniciosum esse judicamus.* Sanctus Bonifac. epist. 132. Illustrant Zerda in advers. cap. 15. num. finali, Theoph Raynaud. tom. 10. tract. de Agno cereo, cap. 9. num. 16.

## II.

*Exploratur in l. 4. §. ult. ff. de condit. ob turp. ubi ait Confutus, quod si cuidam ob indicium aliquid detur ( indicium enim nuncupatur, quod eo patet praestaurat, ut res mea ubinam sit, indicetur, l. solent 16. ff. de prescript. verbis, l. falsis 33. §. ergo, ff. de furtis, l. 1. ff. de proxenet. Paulus libr. 2. sent. tii. de furtis 31. §. ob indicium 20. Ant. Faber in ratione, ad dict. leg. solent, & ad l. 5. §. quod si facio, ff. eod. tit. A. Concil. lib. 1. diff. cap. 14. & 15.) ut fugitivum servum, vel rem furtivam indicaret, repeti conditione ob turpem causam non posse. Et hujus sententiae rationem Ulpianus illos verbis assignat: *Nec enim turpiter accepisti. Non ait, nec turpiter fecisti.* Indicavit ergo, si mea conjectura non fallitur, illicitam actionem, videlicet astrologiam; nam Astrologos fures indicare, idem Ulpianus supposuit in l. item 15. §. si quis Astrologos. ff. de injuriis: & ita docet, eum turpiter accepisse, non tamen fecisse: & per consequens conditionem non competit. Quae interpretatio suadetur ex §. antecedenti, ubi Consultus proposuerat actum verò turpem, sed ob quem pecuniam accipere turpe non est. Improbable ergo non est, Ulpianum eandem tractationem prosequutum fuisse in d. §. final. ac per consequens loqui in eo de actu turpi in facto: quo casu pecunia data condici non potest, l. qui operas 3. ff. de his qui not. infam.*

12. Etiam superiori assertione opponi potest textus Expl. in l. eorum 4. C. de malefic. ubi Imperator Constantinus jam Christianus ita statuit: *Nullis vero Leorum criminacionibus implicanda sunt remedia humanis 4. C. de questi corporibus, aut in agrestibus locis inno. en. malefic. ter adhibita suffragia, nemuris vindemias metuentur imbras, aut ventis, grandinisve lapidatione querantur, quibus non cuiusquam salus aut affratio laderetur, sed quorum proficerent actus, medivina munera, & labores hominum sternentur.* Ex quibus verbis expressè constat, maleficiis uti licitum esse pro obtainenda sanitate, aut avertendis fulmine, grandine, seu rubigine ab agris; quia talis ars non in prædictum tertii, sed in bonum proprium exercetur. Ergo etiam ad furtum inquirendum licet fortilegio uti. Pro hujus textus expositione sciendum est, in eo per remedia humanis quæsita corporibus intelligi carmina quædam, quibus antiquitus & sanguis fisti credebatur, & agris medela praestari. Apuleius in *apologia*: qui locus maximè huic lucem facit: *Veteres quippe medici ( inquit ) etiam in carmine remedia vulnerum norunt, ut omnis vetustatis certissimus auctor Homerus docet, qui facit Vyssi de vulnere profumentem sanguinem fisti cantamine. Nihil enim quod ferenda salutis grata sit, criminosum est.* Hinc etiam illud extat vindicti Comitis Architrorum, cuius haec de catm. ne extra sententia.

*Gramine seu malis agro prestatre medelam, Carmine seu potius; nam est res certa ja-*

*luti Carmen, ab occulis tribuens miracula verbi.*

Amvianus Marcel. lib. 16. ibi: *Anile incantatum, quod medicina quoque admittit auditoris, ad leniendum dolorem adhiberi.* Probat latè Filefacus de *idolatria magica* § 5. Eriani in agrestibus locis innocentibus adhibuit suffragia interpretatur Jacobus Durantius lib. 2. var. cap. 10. quod apud rusticos recepta sunt avertenda grandinis fulminis causa: & ex Palladio refert rusticos contra grandinem panno ruffo molam cooperire, & nocturnas aves confusiviles cruci affigere: quod erat expressi: *Collumela in libell de cura horti.* ubi ait:

*Hacne ruricole patarentur monstra salutis, ipsa novas artes varia experientia rerum, Et labor ostendit miseris ususque magister Prodidit agricolis ventos sedare furentes, Et tempestatem Thuscis avertere sacris. Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas Sanguine lactentis catuli placatur, & extis, Hinc caput Arcadicis nudum cute fertur aselli Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris; Utque Jovis magni prohibet fulmina Tarchon, Sepè suas fedes præcinxit vitibus albis.*

Hujusmodi superstitionum meminerunt Clemens Alexandrinus Strom. 5. ibi: *Iam verò ajunt magos, qui sunt Cleone observantes sublimia nubium, que erant grandines fulgetra canicis, & sacrificis depellere. Quod si forte iis quandoque defuerit animalia cruentatum digho, sacrificant Mantinica quoque Diorima Atheniensibus.* Seneca libr. 4. natural. quest. ibi: *Rudis adhuc antiquitas credebat, & attrahi imbras cantibus, & repellit: quorundam posse fieri tam palam est, ut hujus rei causa nullus Philosophi schola intranda sit.* Imperator ergo Constantinus, et si maleficiis uti prohibuit in prædictum generis humani in d. l. 4. tamen permisit illius artis usum in beneficium proprium, videlicet salutis recuperande causa: aut tempestatis avertenda gratia: quia nullum damnum inde tertio legitur. Sed Ecclesia, quæ pestiferam hancarem semper abhorruit, ut idolatria plena, absoluē, & semper hujusmodi philacteriis, & incantationibus, etiam pro pellendis infirmitatibus & tempestatis avertendis, sub severis paenitentiis uti prohibuit. Martinus Brachar. in sua collect. can. 74. Non licet in herbarum collectionibus que medicinales sunt, aliquas observationes, aut incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino, & oratione Dominicæ, ut tantum Deus Crætor omnium, & Dominus honoretur. Concil. Arelat. can. 5. Quicunque divinos praecantatores, philakteria diabolica, vel herbas, vel succinos, & alias succos suis, vel sibi impendere tentaverint, &c. Refutant Burchardus lib. 10. Decreti. cap. 14. Carnot. part. 2. cap. 58. Concil. Rhotomag. can. 4. Perscrutandum est, si aliquis subculus, vel bubulcus, sive venator, vel cateri hujusmodi, dicat diabolica carmina, super panem aut super herbas, aut super quadam nefaria ligamentis, & hec aut in arbore abscondat, aut in trivio præcipiat, ut sua animalia liberet à peste, & clade, & alterius perdat: quia omnia idolatriam esse nulli fideliū dubium est; & ideo summopere sunt exterminanda. Concil. Ancyran. ex versione Dionysii Exigui canon. 23. Qui divinationem expertus, & morem Gentilium subsequuntur, aut in domos hujus se

*In his modi homines introducunt, exquirendi aliquid  
arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quin-  
quem faciant, secundum gradus penitentia defin-  
itos. Vbi Balsamon notavit, per expiationem sig-  
nificari morborum arte-magica propulsionem ab  
his, qui se ob maleficium vexari prædicabant.  
Proferunt & idem canon à B. Basilio epist. 3. ad  
Amphiloch. can. 83. & variè citatur à Burchardo  
lib. 10. cap. 5. Ivone p. 2. cap. 2. Martino Brachar.  
cau. 17. sua collect. Rabano in pent. cap. 23. addit. 2.  
ad capitul. can. 18. Unde constat, quod licet  
Constantinus adhuc non plenè in rebus religio-*

*nis Catholice instructus permiserit maleficis ut  
ad expiationem morbi, vel avertendas tempestas;  
tamen Ecclesia, que omnem idolatriæ spe-  
ciem magno odio prosequitur, etiam in his cas-  
ibus maleficii uti omnino prohibuit, & per con-  
sequens nec furti exquirendi causâ astrolabium  
permisit, cap. non literat 26. q. 5. cap. admoneant 26.  
q. 7. plura adducit Hochomanus consil. 99. num. 3.  
& correctam esse dictam legem 3. per legem se-  
quentem, docuerunt Balsamon in nomocan.  
Phocij, tit. 9. cap. 25. Filelacus in cap. 1. de offic. ordin.  
§. 10.*

## C A P U T II.

Alex. III. Gradensis Patriarchæ.

**E**X tuarum tenore litterarum accepimus, quod V. Presbyter lator presentium ju-  
venili levitate usus cum quodam infami ad privatum locum immundum spiritum  
invocaturus accessit. Unde tu eum, quia propter hoc infamia laborat, & facio-  
nus publicum, & notorium erat, ab officio, & beneficio ecclesiastico suspendisti. Ip-  
se autem coram nobis viva voce proposuit, quod non ea intentione, quod invoca-  
ret demonium, ierat; sed ut inspectione astrolabi furtum cuiusdam Ecclesie posset  
recuperare. Unde licet hoc ex bono zelo, & ex simplicitate se fecisse proponat; id  
tamen gravissimum fuit, & non modicam maculam peccati inde contraxit. Et quo-  
nam tutius est in dexteram, quam in sinistram; & in misericordiam, quam in severi-  
tatem declinare: ipsum f. t. duximus remittendum, monentes, atque mandantes, ut  
sibi infra septem dies post harum susceptionem litterarum Ecclesiam cum universis ab-  
latis restituas, & talem ei pro expiatione illius delicti penitentiam imponas, quod per  
annum, & amplius, si tibi visum fuerit; ita tamen, quod biennium non excedat, eum  
ab altaris ministracione præcipias abstinere, & ex tunc liberum sit ei sacerdotale offici-  
um exercere.

## N O T A E.

- I. <sup>2</sup> **G**radensis.] Ita etiam legitur in prima col-  
lectione, sub hoc tit. cap. 3. De hoc Patriar-  
cha nonnulla adduxi in e. ex litteris 29. de offic. deleg.

## C O M M E N T A R I U M.

2. Circa furtu inquirenda non minori supersticio-  
ne, quam circa futura prænoscenda ulos  
fuisse tum Gentiles, tum Christianos constat:  
nam apud Romanos res furtiva requirebatur in  
domo aliena per lanceum, & licium; unde furum  
conceptum dicuum fuit, de quo in §. furtum, In-  
stit. de obligat, que ex delict. Et quamvis Petrus  
Pth. lib. 1. advers. cap. 1. post Feltum credit lance  
ulm fuisse perquisitorem furti, ne matronarum  
ipsius domus, & virginum verecundia laderetur,  
quia ea teat perquisitor domum ingrediebatur;  
quod merito dubitavit Scaliger, quomodo fieri  
posset: quare Cuiacius ad l. 6. & 7. ff. famil. erit  
testis notavit, lanceum non opponi oculis solitam  
fuisse, sed in ea ferri præmium indicij; verius ta-  
men etiadeo licet discoloribus lanceum tenentibus,  
& ad quædam verba prolata se circumagentibus  
veteres detulisse, ut furtu qua ea ratione con-  
cipetur: hoc est detergerentur, inter manifesta  
numerarent: inerat enim olim tam in lance,  
quam licio supersticio; & utrumque incantationibus,  
& sortilegiis serviebat. De licio notum est ex  
Ovidio lib. 2. Fastor, unde Plinius lib. 28. nat. hist.  
cap. 2. in illis verbis: *Vestales nostras hodie credimus*

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

*nondum egressa urbe mancipia fugitiva residere in  
loco preicatione. Emendat Pignorius in tractatu de  
servis, cap. 16. & legit, Licio precatiavis. De lance  
idem probat Billau, in can. 61. Synodi 6. nota-  
runt Cironius in presenti, B. fil. Legion. q. 2. sebo-  
laſt. in can. 4. Concilij Altisiod. Etiam veteres ab  
modo forem perquirerant, torte videlicet ex pa-  
ne confecta, ut probat Martin. Delrio lib. 4. dis-  
quisit. magicar. cap. 2. q. 2. s. 1. ubi adducit illud  
Horatii epist. ad Fescum.*  
*Atque sacerdos fugitivus liba recuso  
Et ait: Cum in servis furti sufficio haberet, ad sacer-  
dotem ducuntur, qui cruciflam panis carmine infestat  
dat singulis: que cum baserit gutturi, manifest furti  
reum asserat. Notavit etiam Basilius in d. car. 4.  
Concilij Altisiod. Unde etiam in Ecclesia olim  
utus fuit requirendi furtu per Eucharistam, cap.  
sepe 2. q. 5. ubi ex Concilio Vormaciensi ita ca-  
vetur: Sepe contingit, ut in monasteriis furtu perpe-  
trentur, & qui hec committant, ignorantur: idcirco  
statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus se purgare  
debuerint. Missa ab Abbate celebretur, vel ab ali-  
quo cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus;  
& sic expletâ Missâ omnes communicant in hec  
verba: Corpus Domini sis mihi ad probationem odij.  
Illustrat Theophil. in oplothes. de column. s. 3.  
cap. 2. quaq. 3. Grethlerus de cruce lib. 2. cap. 21.  
Hochomanus de feud. cap. 44. Lindenbrog. in  
glossar. verboludicum, Martin. Delrio lib. 4. dis-  
quisit. magic. cap. 4. q. 3. s. 2. Sanchez lib. 2. in  
Decalog. cap. 34. num. 13. Item & furtu detegebatur  
per sortem, ut ex Concilio Hibernenii refert*

Kk 2

Egger-